



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Derelicta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

DERELICTA.

QVÆDAM bona tam naufragio amissa quam inuenta censentur derelicta: quædam verò non. cap. 17. num. 170. & 176. Quænam sint hæc vide in hoc compendio. tit. Naufragiũ: & tit. Restitutio. XI. Quoad inuenta.

DERISIO.

Derisio est significatio inordinata mali, culpa, vel pœna, vel defectus natura ad iniiciendam erubescenciam. cap. 18. num. 15.

Vnde peccat mort. qui notabilem erubescenciam, vel animi perturbationem iniicit alicui. Atque tunc derisio eò maior erit, quò maior fuerit persona, quæ deridetur. Secus tamen de derisione iocosa, quæ fit de aliquo malo exiguo: nam aliquando potest esse actus virtutis: si verò parum excedatur, modus erit venialis. num. 16.

DEROGATIO Consilij debet esse expressa, vt aliquid eius derogatum censeatur. additum in Nou. cap. 27. num. 265.

DESPERATIO, est peccatum contra Spiritum sanctum, qua tollitur spes veniæ. Vnde peccat mortaliter, qui desperat consequi beatitudinem. cap. 23. num. 125. 126.

DETE